Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8266
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Ad eiusdem · mundans in quo corda eorum per fidem:
apte quia et apostolus qui in lege auctoritatem habebat
et gratia si dei erat expulsus: De potentia
autem eius firmiter credidit. sum traditione pa
tris suorum: de misericordia autem dubitauit dicens
Si uis potes me mundare: Nam lex
potentiam quidem dei sufficiebat tradebat mu
nditiam autem eius non satis apte: Propterea
et domus cognoscens potentiam xpi. secundum quod
et de erat ad impleuit: ut et munditia gratie eius
ostenderet. dicens: Volo mundare: Et pre
cepit eis ut offerent munditiam. secundum quod precepit
moyses: Que illa par turturum et duos
pullos columbarum: Omnis iustitia in tribus est duobus
In abstinentia rerum malarum: et in opere rerum bo
narum: Par turtur ergo iubet plenam abi
stinentiam mundicie: Sed tamen offerre deo
in abstinentia rerum malarum: Quia castitas
spiritualis atque abstinentia est maior. ut non
coeat cum spiritu alieno: Nec instrumentis
eius suscipiat semen. nec quiet opera similia
spiritui malo: Non colubam autem omne opus
significat bonum nascens ex caritate: quam ca
ritas de christo gignit bonum. Qui gaudet primum
suum diligit sicut se: nullum bonum proximo suo
subducit sicut nec sibi: Cum igitur has duas iusti
ciias impleuit dicens. et ab omni malo se ab
stinens. quod est castitatis. et omne bonum faci
ens quod est caritatis manifestus efficitur. ille
talis qui ab infidelitatis lepra mundatus est
Dic ei et apostolus mundatus et talia sacrificia
offerens tibi sicut est in testimonium quia credulos
sacerdotes. qui gloriantes in lege: legis re
pulerint auctoritatem. purificantem apostolum a pe
catis: quia lex purificare non potuit Et
tu si complexus fuis ubi tibi cordis affectu
et tua michilo aliam attingit ubi: Quia
diligentes se diligit: sicut dicit in proverbiis
salomonis: Et ab omni te infidelitatis lepra
munda: cum autem te mundauit precepit tibi ut
sacerdotibus ostendas mundatum. Castificans te
ipsum ab omni coinquinatione operis mali. et expan
dens caritatem tuam ad omnes per opera bona: aut
per hec sacrificia a sacerdotibus cognoscaris. quia
mundatus es cum uideris te non facientem alteris
quod pati non uis: nec ad huc facientem omnibus
quia tibi uis fieri: Si autem hanc iustitiam sacri
ficium non obtuleris deo. manifestus es omnibus
quia es mundatus. et ad huc in proprio in fidelita
te manes leprosus: Post hec autem cum uenisset
in capharnaum: Postquam dominus ipsum docuit
super montem leprosum autem sanauit de monte
Post hec uenit capharnaum in ministerio. post
indeorum mundatorum uenit ad gentes: Et ecce
centurio quidam accessit ad eum rogans: Cen
turio primus factus ex gentibus. ad cui fidei
compatiens. omnium infidelium in fidelitatem et in uerita
Dic nequam christum audiuit coorente: nequam le
prosum cum mundaret aspexit: Et audiens fa
mum sanitatem leprosi. plenam credidit quam
audiuit: Iste enim se ipsum obtulit dicens:
si uis potes me mundare: Fidei quidem fuit hu
iusmodi. Non tam magnum. quam talia iuuamina dici
potuerunt et habitus sicut qualis fuit heliseus
qui leprosum mundauit non manibus et precepto:
Iste autem centurio non solum autem potestatis eius
virtutem confessus est. et ipsam diuinitatem eius
naturam cognouit: Non eum corporalem sum
rogauit: et eum ubique presentem dicens: Dic
uno et sanabitur puer meus: Quanto quidem potuit
et absentibus infirmitatibus imperare: Erat ei
iste centurio in milicia gentium nutritus: qui
neque legem et prophetas legerant de christo: neque
ipsum ipsum mirabilia facientem uiderunt. Et
iustitiam legis quas in libris non legerat in corde
sensuum: Et ipsum quem oculis non uiderant me
tes uiderunt: Ostendentes in se quod scripture
ad iudicium pectorum fere sunt. non ad necessitatem scor